

fecibus, etiam paucis, continuum solvere ansam præbent: vel humores fundēdo, flatus generando, colōq; distendēdo molestiā istā pariat. Sed hæc sufficiāt: istud tantum addimus, quòd *Nob. & Præcell. Dn. D. Rolfinc.* (e) *Præceptor N. observanter colendus* calculò adjecto suo id ipsum commendet: *Subjectiratione*, inquiens, *ubi principium coli afficitur, dolor magis in dextro latere: si medium vel extremum in sinistro.*

(a) *cit. loc. p. 346. Confer. Forest. l. 21. obs. 3. schol.* (b) *2. aph. 51.* (c) *6. d. loc. aff. 2.* (d) *supra cit. loc.* (e) *libr. 3. m. m. secund. Rhas. c. 13. p. 262.*

V 1.

Alvi adstrictio & constipatio verò an indivisibilis sit à malo nostro, hîc inquirere, submonemur. Autores² disputant, diversasq; abeunt in sententias. *Mercurialis*, (a) omninò eam indivisibilem esse contendit & abesse nunquam, cui *Pulverinus* (b) & *Crato* (c) promptè subscribunt, aliq;. *Saxonia* cautiùs - rem qui tractare modo (d) videtur, dum alvi difficultatem adesse scribit in colo, non verò omnimodam fecum retentionem, hanc ipsam, sui immemor alibi (e) pro coli essentiali agnoscit. Sed incongruè: Et cùm experientia contrarium urgeat atq; evincat, superiora arguere superfedemus, audientes *Philosophum*, (f) rationem quærere, ubi sensus fidem facit, aliquam intellectûs esse infirmitatem; Lectorem verò Cupidum ad Autores *Avicennam* (g) *Sennert.* (h) *Forest.* (i) *Hildan.* (k) *Zacut.* (l) *Riverium* (m) aliosq; remittimus, causam accessuri investigationem.

(a) *allegat. loc.* (b) *art. med. cap. 65.* (c) *cons. & ep. med. libr. 1. ep. 4.* (d) *Medicin. pract. l. 3. c. 25.* (e) *prælect. pract. art. 2. c. 30.* (f) *8. Phys. 4.* (g) *c. l. tract. 3. c. 12.* (h) *libr. 3. pr*